

Sibthorp, John ; Smith, James Edward [Editor]: Flora Graeca, sive plantarum rariorum historia, quas in provinciis aut insulis Graecis legit, investigavit et depingi curavit John Sibthorp: hic illic etiam insertae sunt pauculae species quas vir idem clarissimus, Graeciam versus navigans, in itinere, praesertim apud Italiam et Siciliam, invenit (Voluminis septimi - Fasciculus primus): Vol. VII.

London, 1830

Seite 103

TETRADYNAMIA SILIQUOSA.

31

vel quinque, simplici serie receptaculo marginali utrinque inserta, oblonga, compresso-plana, *pedicellis*, vel *funiculis*, brevissimis, ut ferè nullis.

a. A. Flos.

B. Idem, abreptis petalis.

C. Pistillum.

d. Siliqua.

e. Eadem, sine valvulis.

f. Semen.

SISYMBRIUM.

*Linn. Gen. Pl.* 333. *Juss.* 339. *DeCand. Syst. v.* 2. 458.

*Siliqua* subcylindracea; valvulis concavis. *Semina* simplici serie alterna, simplicia. *Cotyledones* incumbentes, planæ. *Calyx* basi æqualis. *Stigma* capitatum.

TABULA 632.

SISYMBRIUM TORULOSUM.

SISYMBRIUM foliis lanceolatis dentatis, siliquis spicato-racemosis hispidis subtorulosis.

S. torulosum. *Desfont. Atlant. v.* 2. 84. *t.* 159. *Willden. Sp. Pl. v.* 3. 495. *DeCand. Syst. v.* 2. 483.

In insulâ Cypro. ☉.

*Radix* simplex, teres, annua. *Herba* tristè virens, facie quodammodò *Sisymbrii Polyceratii*.

*Caulis* plures, spithamæi, patentes, vel decumbentes, ramosi, foliosi, teretes, piloso-hispidi. *Folia* sparsa, petiolata, patentia, lineari-lanceolata, utrinque acutiuscula, latè et acutè dentata. *Flores* capitato-corymbosi, albi, parvi. *Calyx* campanulatus, pilosus, *foliolis* ovatis, albo marginatis. *Petala* orbiculata, indivisa, patentia, nivea, *unguibus* erectis, longitudine calycis. *Stamina* subulata, simplicia, omnia erectiuscula; duo breviora. *Antheræ* rotundatæ, patentes. *Germen* cylindraceum, densè pilosum. *Stylus* brevissimus, crassiusculus. *Stigma* capitatum, orbiculare, depressum, umbilicatum, indivisum. *Siliqua* unciales, teretes, torulosæ, piloso-hispidæ, numerosæ, subsessiles, patentes, spicato-racemosæ.

a. A. Flos.

B. Calyx.

C. Petalum.

D. Stamina et pistillum.

E. Pistillum.